



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 9. Aliæ sacræ Scripturæ sententiæ de malis in caput authoris  
reuertentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

illa, vide, inquit, domina, ne conuulso palo soluta & aperta abs te sepius aliona series tibi portam templi pracluserit. Et hoc ipsum erat, quod à sacrario, innocentem alioquin, matronam prohibebat, nam simul palus suo loco restitutus est, & apertum sepius interuallum expletum, illa ad templum & cellam suam in templo sitam, reueratis iterum diuinitus valuarum claustris, liberum aditum inuenit.

## §. IX.

*Alia sacra Scriptura sententia de malis in caput authoris reuertentibus.*

Quod per dictas similitudines expressum est, id etiam sine similitudine alijs sententijs passim significauit Scriptura. Et quidem

- Psal. 136. 8. à Deo esse talionē indicat Dauid: *Beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis: & Oseas: Opprobrium eius restituet ei Dominus.* Ita quasi mutuuum domino suo restituendum opprobrium reputatur.
- Psal. 9. 17. Eòdem spectat illud: *In operibus manuum suarum comprehenditur peccator, qui etsi virga Dei est, qua castigantur rei, si tamen plus facit, quàm iubetur, & fas est, etiamsi facit, quantum permittitur, tandem & ipse, tamquam virga in ignem mittitur.* Hinc legimus: *Virgâ ira sua consummabitur. Irascetur, & tam-*

& tamquam virga puniet, sed & ipse puniens punietur. Quia *conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.* Quod etiam Abdias minitans ait: *Retributionem tuam conuertet in caput tuum.* Quibus in locis etsi consueta phrasi sacrae linguae ingens supplicij genus exprimatur, cum dicitur, poenam in alicuius caput conuerti, eò quòd caput præcipuum sit in corpore; tamen etiam innuitur, mala in authorem, atque in principium suum reuerti, vt cum Propertius quoque dicit:

*Fluminaq; ad caput incipient reuocare liquores.*

Quo pacto exploratores ad Rahab aiunt: *Qui ostium domus sua egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus alieni. Cunctorum autem sanguis, qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit.* Hoc pactum pepigerunt Hebraei duo, cum hospite sua. Duo autem falsi testes, apud Danielelem, dicuntur *mentiti in caput suum*, mendacio scilicet in caput eorum redituro. Atque hæc de talione in genere dicuntur. Particulatim proximus vel iudicio, vel verbo, vel facto violatur; quo ordine & nos talionem prosequemur, vt  
constet.

Psal. 72

17.

Abdias

v. 15.

Propert.

lib 2.

eleg. 15.

Iosue. 22

19.

Dan. 13.

55.59.


- Pfal. 18.  
10. constet, *judicia Domini esse vera, justificate  
semetipsa, & aliquando ita claram ac mani-  
festam Dei paria reponentis poenam, vt est  
lumen meridiesque. In hoc triplici læsionis  
genere, quicumque ius alterius violat, sibi  
dictum putet, quod senior Tobias filio suo  
paternè inculcauit: Quod ab alio oderis tibi  
fieri, ne tu alteri facias.*
- Pfal. 36.6.
- Tob. 4.  
16.

## C A P V T VI.

*Iudicium temerarium talione punitum,  
& puniendum.*

§. I.

*Malè iudicatus Deus benè iudicat malè  
iudicantes.*

- S. Thom.  
1. contr.  
Gent. c.  
.95. Irenæ.  
lib. 4  
c. 47 & 48.  
Thalmud  
ord. 1.  
Dist. 5 &  
S. Thom.  
1. cont.  
Gent.  
cap. 6.
-  Vemadmodum non sine sacrilega  
blasphemia, ita neque sine stulta  
insania hæretici Luciferiani Deum  
accusauerunt, quòd eiecerit de cælo Luci-  
ferum, pessimi spiritûs mali patroni: Mar-  
cionistæ autè, quòd indurauerit Pharaonem  
& in mari rubro submerserit exercitum Æ-  
gyptiorum: Thalmudistę denique, qui dicere  
audent, Deum sæpe flere: quòd euerterit  
templum, Iudæosque disperserit. Quasi verò  
summus Iudex malè iudicauerit, quando il-  
lum de